

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Anthropologia Anatomico-Physica**

**Baumer, Johann Wilhelm**

**Francofurti, 1784**

**VD18 11680695**

Cap. XXX. De nervis vertebrarum generatim.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16622**

coniunguntur, atque ex hac combinatione, ultimorum nervorum sacrorum ramulis in societatem assumtis, ramusculos ad corpora penis cavernosa, intestinum rectum, huius musculos atque ad os coccygis demittentes, circa nervi ischiatici exordia finiuntur.

CAP. XXX.

*De nervis vertebrarum generatim.*

§. I.

**P**luribus filamentis, in duos fasciculos, Nervi vertebrarum. anteriorem ac posteriorem, collectis, nervi vertebrarum ex medulla spinali oriuntur, atque, meningum propaginibus vestiti, ex communibus, lateralibus, vertebrarum foraminibus provenientes, ganglioque iuncti, truncum primitivum antrosum pergentem, exiguumque ramum spinam versus mittentem, si ab ultimis ossis sacri nervis recesseris, constituerit. Vid. *Andr. Vesalii* de humani corporis fabrica l. VII. edit. Albin. p. CCCLXXIII. *W. Comperi* anat. C. H. tab. X. *Alb. de Haller* icon. anat. fasc. I. tab. II. fasc. VII. tab. III. & V.

§. II.

Medullæ spinalis filamenta antica ac postica respectu numeri atque crassitie Fasciculorum diversitas. quidem inter se conveniunt; at priora ex pluribus furculis tenuibus, bina filamenta pro quovis nervo constituentibus, constant.

Posteriora vero non nisi simplici filamentum gaudent. Vid. *Jo. Jac. Huberi* commentatio de medulla spinali, atque de nervis ab ea provenientius, Gœttingæ MDCCXLI.

## §. III.

*Eorum  
ganglia.*

Nervos vertebrarum ex theca spinali progredientes gangliis instructos esse, modo proposui, quædam tamen, respectu loci exortus, differentia inter illa intercedit, nimirum nervi vertebrarum cervicis, dorsi, superioresque lumborum intra spinæ thecam, sed lumborum inferiores ac sacri extra eandem ganglia sua formant. Ganglia hæc in cervice minima, & circa lumbos maxima, sunt.

## §. IIII.

*Numerus  
& dire-  
ctio.*

Secundum vertebrarum numerum, octo paria nervorum vertebrarum cervicis vel colli, duodecim dorsi, quinque lumborum, ac totidem, vel sex, ossis sacri numerantur. Paria superiora, usque ad decimum tertium, plus minusve sursum ab exitu suo vergunt. Paria decimum quartum, decimum quintum ac decimum sextum recta exeunt, atque paria inferiora plus minusve deorsum declinant.

## §. V.

*Cauda  
equina  
nervi.*

In cauda equina, a primis lumborum vertebra ad ossis sacri finem usque extensa, filamentorum nervosorum mire implicatorum, ex medulla spinali exortus altior,

quam eorum exitus, est; hic tamen ortui illorum eatenus respondet, ut filamenta altiora, media atque ima nervos consimilis ordinis producant. Vid. *J. B. Winslow. exposition anatomique de la structure du corps humain tom. 4. p. 189. J. B. Morgagni ad- vers. anat. II. p. LXXIII.*

CAP. XXXI.

*De nervis cervicalibus.*

§. I.

**P**rimum par cervicale, tenue ac filamen- *Cervica-*  
 tosum ex medulla spinali duobus fasci- *lium par*  
 culis oriens, ac duram meningem eodem, *primum.*  
 quo vertebrales arteriæ, loco penetrans,  
 per sinum ab ossis occipitis basi primam-  
 que colli vertebam relictum viam sibi ape-  
 rit. Truncus eius ramum anteriorem, fila-  
 mentis copiosioribus ac firmioribus gauden-  
 tem, antrorsum, ac posteriorem retrorsum  
 ad cervicem mittit, atque ganglio producto,  
 musculis rectis atque obliquis capitis ramu-  
 los distribuens, & cum superiori interco-  
 stalis ganglio connexiones admittens, una  
 cum secundi cervicalis ramo *nervum occipi-*  
*talem*, in plures ramusculos, musculis oc-  
 cipitalibus prospicientes, divisum, gene-  
 rat. Vid. *Dn. Geor. Thom. Aschii* diss. de  
 primo pari nervorum medullæ spinalis,  
 Gœttingæ MDCCL. *Dn. Jani Bangii*

